

ex del Collegio de Cuenca

ELENCHVS 24 79

MOTVVM NVPERORVM

IN

ANGLIA;

Simul ac

JVRIS REGII

ET

PARLAMENTARII

Brevis Enarratio.




FRANCOFVRTI AD MÆNVN.

Ex Officina SAMUELIS BROUN.

AN. DOM. M. DC. L.





Liv. Hist. lib. 3.

Sed nondum hæc, quæ nunc tenet Se-
culum, negligentia Deum venerat; nec
interpretando sibi quisque Fusjuran-
dum & Leges aptas faciebat, sed suos potius
mores ad ea accommodabat.

VIRGIL.

---Rege incolumi mens omnibus
una est;

Amisso rupere fidem; constru-
cta que mella


Diripere ipsæ, & crates solvere
favorum.

Proph. Hos. cap. 10. vers. 3. 4.

Certe mox dicturi sunt; Non est Rex
nobis, quia non timuimus Jehovam; Rex

A 2

igitur



LECTORI

IN hoc qualicumque Opusculo, ea prælibavi, quæ Regis, Senatûs, Populique Jura, quasi Imperii fines inter se dirimant; ut Jura factis conferendo, possis *Lector* idem & *Arbiter* nostris interesse dissidiis. Dein Motuum Causas, Motus ipsos, Finemque (si futuræ Calamitatis gradum sic appellare liceat) atque Regicidium, summos tamen horum apices, & quasi Iliada nostram brevi in mēbranâ perstringendo descripsi. In utrisque loquor, non modò ex Fide, sed & familiari Rerum Consuetudine. Illis attestantur Archiva, Rotulæq; Parlamentariæ, & Optima Jurisconsultorum Monumenta. Hæc ut melius perspicerem, sæpe in

A 3

pro-



ELLENCHVS

MOTVVM NVPERORVM

IN ANGLIA.

ANGLIÆ Regnum non aliâ quàm *Regis* Jus Regis
 Autoritate, ab ultima Annalium memoria, apud An-
 fretum (etſi in plura *Regna*, dicam, an *Caſtra*, glos,
 diſiſum) non priùs ab inteſtinis Motibus aut
 exterorum incurſibus reſpirare potuit, donec in unius penes unū
 Monarchæ obſequium & clientelam conceſſerit. Monar-
 cham;

Ex eo, ſummâ in poſterum autoritate, annos ultra
 mille, perpetuâ *Regum* ſerie regnatum eſt. Is ſubinde annos ultra
 Populum inceſſit unius *Principis* amor atque obſervan- mille,
 tia, ut eum fore optimum & digniſſimum Imperio fa-
 cile exiſtimaverit, qui *Regem* proximè ſanguine con-
 tingeret; nec alio, quàm Natalium merito & hæredi- eūque
 tario Succeſſionis jure placuit rerum ſummam naſcen- hæredita-
 ti, non ambienti, deferre. Demortui ſtatim in ſolium, rium,
 non aliter quàm in cunas, *Regius* quantumvis *Infans*
 transfertur. Hâc quaſi immortalitate quâdam regnan- & nunquā
 di, jaſtitant ferè *Leges*, *Regem Angliæ* nunquam inter- intermo-
 mori. rientem,

Huic quæ inſuper adhibentur *Inaugurationis* & *Stipula-* Hunc *Sti-*
tionis ſolemnia, oſtentant aliquando, non faciunt *Princi-* pulatione
 pem; nati